



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

210. An non solum Clericus, sed etiam laicus possit in articulo mortis à censuris absolvere? Idem dicendum est de interdicto. Et si aliquis ita fuit absolutus à laico in articulo mortis an hæredes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

y no le puede absolver entonces qualquier Sacerdote (que ya pafó el artículo de la muerte) fino solo aquel a quien esta reservada, como consta del derecho, y lo dizen Innocencio, Panormitano, Navarro, y Silvestro. Y estas señales de penitencia que da uno antes de la muerte, basta que se prueven con un testigo, como dize Enrico, Boich, y Astenze, porque

esto no se haze prejuizio à nadie: mas si no va absuelto de la censura, aunque aya dado señales de contrición, no puede ser enterrado en lugar sagrado, como dize el texto citado. [Sic ille, cui adde Moscosum in sum. tract. 16. cap. 7. num. 5.]

2. Non definam tamen hic adnotare ea quæ docet Antonius Fernandez in *instruct. sacerdot. p. 6. docum. 6. n. 5.* ubi sic ait. [El que murio descomulgado sin Bula, y sin señales de contrición, como no conste que murio en pecado mortal, lo puede el Prelado absolver de la censura para el entierro en la Iglesia. Y aunque

Enriquez lib. 7. cap. 20. lit. 2. diga que se le puede tomar Bula, y absolverle de la censura, no puede ser, porque de vivos no tiene Bula, y la de difuntos no tiene esse privilegio de absolución.] Vide etiam Rodriguez in *add. ad Bull. §. 5. num. 53.*

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. Ref. 175. §. 1. prop. fin. a vers. Moventor, & in Ref. 176.

RESOL. CCX.

An non solum Clericus, sed etiam laicus possit in articulo mortis à censuris absolvere?

Idem dicendum est de interdictione.

Et si aliquis ita fuit absolutus à laico in articulo mortis, an hæredes debeant postulare absolutionem ab eo, qui potest absolvere, ut detur ei defuncto Ecclesiastico sepultura, & possint fieri communia suffragia pro eo.

Et cursum nota, quod si censura fuit reservata, & aliquis ab illa non fuit absolutus in vita, non potest post mortem à quolibet Sacerdote relaxari, sed solum ab eo, cui reservatur, vel ejus delegato. Ex p. 5. tract. 9. Ref. 7.

§. 1. Negativam sententiam ex Suar, & Vasquez docet novissime Faber de censuris in 4. sent. dist. 25. q. 1. disp. 4. cap. 8. n. 257. & Turrianus de censuris lib. 2. disp. 24. dub. 4. Præpositus in 3. p. 9. 1. de cens. in communi, dub. 14. num. 95. Villalobos tom. 1. tract. 16. diff. 20. num. 18. & Hurtado de excomm. disp. 1. §. diff. 1. num. 3. quia ea potestas nullo jure, nec consuetudine, habito, aut constante concessa invenitur nisi solis Sacerdotibus: & solum eo fine ut à peccatis absolvant, quia absolutio à peccatis est maximè necessaria ad salvationem, non verò absolutio ab excommunicatione, quia excommunicatio ratione sui non impedit salvationem, imò id quod post mortem manet excommunicationis, aufertur potest post ipsam mortem; unde non est contra pietatem Ecclesiæ, quod eam non concedat non Sacerdotibus. Et hanc sententiam docent etiam Doctores, quos adduxi in 3. p. tractat. 4. resol. 133.

2. Sed ibi pro affirmativa sententia aliquos adduxi, quibus nunc addo Ragucium in lucerna Parochorum, tit. de absolut. q. 124. n. 6. Sancium in selectis disp. 14. n. 7. & Ioannem de la Cruz Dominicanum in director. conscient. part. 2. de excomm. dub. 5. concl. 1. ubi sic ait. In articulo mortis vir baptizatus etiam laicus, etsi sit hæreticus & præscissus, absolvit ab excommunicatione. Ita Sylv. verb. absolutio 8. & 9. Angel. verb. absolutio 1. Ledesma cap. 8. de excomm. dub. 4. contra Soto d. 18. q. 4. tr. 1. Ref. 4. art. 4. & Covar. in cap. alma mater 1. p. §. 11. n. 9. & contra alios ab eo citatos. Sed patet, nam vir baptizatus est capax jurisdictionis necessariæ pro absolvendo ab excommunicatione, ergo piè credendum est, ut ait Armilla ver. Absolutio, Ecclesiæ concedere illam tunc, sicut in simili casu concedit omnibus Sacerdotibus absolvere ab omnibus peccatis, quia sunt capaces

illius. Omnes item concedunt Clerico primæ Tonsuræ posse tunc absolvere ab excommunicatione. Ergo idem dicendum de viro solum baptizato, cum stando in jure divino, uterq; sit incapax talis jurisdictionis.

3. Notandum est tamen hic quod stando in prima opinione, si aliquis in articulo mortis absolutus fuit à laico, debent hæredes postulare absolutionem ab eo, qui potest absolvere, ut detur illi defuncto Ecclesiastica sepultura, & possint fieri communia suffragia pro eo. Ita ex Valsq. Turrian. loco cit.

4. Nota etiam hic quod Præpositus ubi supra, n. 97. tenet, quod probabile est omnem Clericum posse absolvere à censura saltem excommunicationis, & interdicti personalis in mortis articulo: de excommunicatione indicatur §. præterea, cit. ubi habetur in mortis articulo posse etiam specialiter excommunicatum absolvi ab alio, quam ab eo, qui excommunicavit, vel Superiore, ubi per alium videtur intelligi is, cui potest committi jurisdictio Ecclesiastica.

5. Dices, talis absolutio nec magnope utilis est, nec necessaria, quia excommunicatus, qui dedit signa doloris, poterit post mortem absolvi. Respond. negando priorem partem, licet enim deficiente Sacerdote non sit utilis ad consequendum beneficium absolutionis sacramentalis, potest tamen esse utilis, ut ameni præbeatur viaticum, item ut publice pro eo oratur, ut donetur sacra sepultura, quod non potest fieri à quovis post mortem, si censura esset reservata: nam quando aliquis non fuit in vita absolutus, si censura sit reservata, non potest post mortem à quolibet Sacerdote relaxari, sed solum ab eo, cui reservatur, vel ejus delegato.

RESOL. CCXI.

Si laicus quidam absolvit ab excommunicatione mortuum, queritur, an absolutio sit valida, ita ut in loco sacro defunctus sepeliendus sit.

Et an hæredes ita absoluti teneantur adire Papam, vel excommunicantem pro absolutione, vel possint sepelire defunctum in loco sacro, & pro eo facere Missæ celebrare.

Et an laicus in prædicto casu, & mortis articulo possit moribundo concedere Indulgentiam Bullæ Craciæ, Ex part. 3. tract. 4. Refol. 132. alias 133.

§. 1. Negativè respondent communiter, quia ad absolvendum aliquem ab excommunicatione ne requiritur jurisdictio Ecclesiastica, quam laicus non habet, Ergo, &c. Et ita docent Villalobos in summa, tom. 1. tract. 16. diff. 20. num. 14. Layman in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. cap. 6. num. 2. Coninch de Sacram. disp. 14. dub. 16. num. 256. Suarez de cens. disp. 7. sect. 6. num. 6. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 4. Covar. in cap. alma mater, part. 1. §. 11. num. 9. Gathas de beneficiis, tom. 2. part. 12. cap. 5. n. 353. & alij.

2. Sed ego cum Avila de cens. p. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 2. probabilem puto contrariam sententiam, quam tuerentur Doctores, quos citat, & sequitur Ioan. Valerius in differentiis utriusque fori, verb. absolutio, differ. 11. m. 2. quibus ego addo Ioann. de la Cruz in direct. part. 2. de excomm. cap. 8. dub. 4. concl. 1. & Ledesma in sum. sem. 1. de excomm. cap. 8. dub. 4. Sancium in selectis. disp. 44. n. 7. Ragucium in lucerna Parochorum, de absolutione, q. 124. aliorum Ledesma part. 4. q. 26. art. 1. Sed audiamus Valerium loco citato n. 3. ubi sic asserit: Effectus prædictæ absolutionis secundum præcitatos DD. maximus est, scilicet, quod hæredes absoluti non tenebuntur adire Papam, Superiorem nec excommunicantem pro absolutione petenda, & poteruntque sepelire defunctum in loco sacro, & pro eo facere Missas celebrare, licet id impugnet Sotus & alij Covar. quorum opinionem in rigore juris veterem duntaxat existimo.